

B


VII

A. N. Bonin

D Pelgenlun

CARMINA.

ad Pasquillum Herculem obtruncantem Hydram referentem posita Anno M. D. X.





Ogatu adhortationeq; clarissimorũ uirorũ adductus / quibus in re præsertim haud inhonesta non obtemperare piaculum esse existimassem: hanc carminum quæ affixa spectaculo ludicro multis annis celebrari iam solito ad Pasquillũ fuerunt emẽdandorum ac redigendorum in ordinem prouinciam suscepi / quam negotiis districtus / studiisq; impeditus subterfugere multo ante destinaueraã·Ea ipsa igitur collecta nonnullis retentis / quæ aut in tẽpora æquo apertius / maledicẽtiusue scripta erãt:aut in me / cuius æquanimitatem ac patientiam / qua nullã uirtutem esse commodiorem homini Virgilius dixit: ignorabant. quibusdam ad me dederunt. In hoc autem castigandi onere / cum non minor corrigere labor: quam scribere existimetur. multiplex mihi negotium est obiectum: primum q̃ inter Carmina erudita aliquot Epigrammata alioqui egregia syllabis non constabant / quibus danda opera est / ut constent carmina. nam ut non difficulter in homine claudicatis uitium dignoscitur: ita & in uersu ab iis / quos syllabarum ratio nõ fugit: & ut claudítas hominem deformat non parum atq; dehonestat: ita & carmen: ac lector inde plurimũ offenditur. Deinde q̃ complura ex mediocribus præter peccatas syllabas barbarismo ac soloecismo nõ careba nt / quibus fuerunt prorsus emaculanda. Postremo q̃ Epigrammata erant nec quidem pauca / quæ utpote a pueris composita præter syllabarum peccata sensus imperfectos: aut

parum expressos continerent. Horũ audacia:atq̃ ingenium est laudãdum/cohortãdiq̃:ac excitandi sunt ad studia litterarũ. Ego autem pro uiribus operam dedi: ut quotquot fuerant ad me missa præter admodũ pauca quæ inemendabilia nobis uisa: sunt in ignem conjecta:mendis exuerentur: ac labe omni emũdarentur. Hæc auté præcipue quæ ab occupato suis semper studiis curisq̃ nõ nihil implicito præstari potuerũt:fuisse seruata á nobis uisum iri non ambigo: ut scilicet recte scripta:ac nihil claudicãtia:nec ferme quicq̃ quod contra artis Grãmaticæ regulas esset:continentia in lucem prodirent/imprimerenturq̃. quo uidere uideor anno sequenti longe plures q̃ hoc anno uiros eruditissimos adludenda epigrãmata accensum iri/certatimq̃ ab illis iri celebratum: atq̃ omni carminum genere exornatũ auguror hoc spectaculum ab initio tantopere ab iis ipsis contemptum/ac derisum: mitto me de hoc ipso spectaculo a plærisq̃ fuisse frequenter traductum/ quorũ nõnulli si quod in tergo mãticæ est obuerterẽt in eo sane cernerent:quibus iure meritoq̃ uiderentur ipsi traducendi/sed nemo tam sanctus/atq̃ innocens est/quẽ calũniari non possis. Et is maledicere/ uituperare/ atq̃ calũniari optime nouit/qui & laudare percallet: quod uero de me male opinentur ac sentiant susq̃ deq̃ fero. Eoq̃ magis illis ignoscendum (ne compatiendũ dicã) esse censui/quo maior uellicandi eleuandiq̃ optimi cuiusq̃ / doctissimiq̃/ ac misereimi irridendi eis morbus insedit.nec horum ulcorem deum optimũ maximum credunt. Sed me cohibeo: ne maledicentia uti uidear:

cui esse obnoxius optimus quisq; semper cauit:& quã exercere a paruulis consuetus non potest uel senex nõ exercere. Ingẽtem hoc anno carminũ numerum fuisse ad Pasquillum positum mihi a quibusdam relatum est ex quibus complures anteq̃ cuncti a Cardinalis Nea/politani ministris reuellerentur: fuerunt a nõnullis re glutinati: quamobrem circiter quartam ipsorũ partem fuisse perditam arbitror:quo circa quisquis hic sua nõ inuenerit carmina hoc/ aut quod ante est dictum: esse putet in causa. Cum latina essent epigrãmata impressa atq; aliquantum chartæ in fine uacuum relinqueretur: placuit iis/qui hoc operis imprimendum curabant:id tribus quattuorue implere epigrãmatis: uisaq; illis sũt optima:q͂ in me maledicta continebant: mihi uero ui sa sunt longe omniũ pessima: non q͂ in me essent scrip ta: sed q͂ erratis scatereãt uel maximis illa deprehendi: & ob id fuerant a me reiecta cum emẽdare prius illa sæ pe tentassem : Nam si bene scripta maledicta ea in nos fuissent/ æquissimo ac perquãpatienti illa tulissem ani mo.ægrius enim in carmine syllabam peccatã ferimus quam in me ipsum maledicta. Quisquis autem opus/culum perleget:quod a me dictum est/ facile uerũ esse perspiciet. Curassem ipsa tollenda/ aut iterum impri/menda si crimina uel nauci a me essent facta.

Sc hydra turpe nefas:seu malis dicere crimen:
Cui septemgeminum traditur esse caput.
Lerna animus:misere captũ quẽ detinet atrum
Virus:& hoc uincto est nil miserabilius.
Ille Hercles uere:ac natus Iouis alter habendus:
Qui sceleri tetro deiicit omne caput.
Claua salutiferi signum uenerabile Christi
Crux est:illa nefas:dæmones atq; fugat.
Quod si non tantum claua profeceris ipsa
Illico confugias ignis ad auxilium.
Ignis/quo uincenda tibi hydra:est spiritus almus:
Vrit qui dono crimina septuplici.
Hæc sunt/purpurei quæ mens diuina Carafæ
Gogitat/hæc tanto credite digna uiro.
Esse quit Alcides omnis/qui perdere monstra
Fœda paret/prætium lucidus axis erit.
Hic uel in æternum nomen:laudesq; uigebunt:
Virtutumq; comes gloria perpes erit.

Tam bene pinxisset nunquam te magnus Apelles
Opprimeris quoniam non premis ipse feram.

Excetræ ut flammis extinxi colla ferocis
Sic pestem hanc uertam Martia Roma tuam.

Debebit Carrapha tibi Pasquillus in æuum
Qui facis extinctum ne sibi nomen eat
Assidue ante tuas custos sedet integer ædes
Tu famam seruas illius egregiam

Taurorum oblectent alios certamina sed tu
  Doctorum musis excolis ingenia.

Herculis hæc statua est tota notissima in urbe
  Quam Carrapha pius Cardineus posuit
In uariasq; formas mutari sueta quot annis
  Perdidit hoc anno non decus ipse suum
Tu mendax Pasquille tace non est tua imago
  Personam alterius parce tibi induere
Forte tamen dices populus me sponte uocauit
  Ex hebeti ingenio saxeus ut fierem.

Alcides non est diuus nisi Iulius ipse
  Et Romam septem collibus Hydra notat.

Non hydram gladius non claua extinxit:at ignis
  Si nunc hydra foret perpetuo hydra foret
Quis flammis ausit nunc tangere sulphureus cum
  Quisque sit & moueat sæpe lucerna metus
Vndique olent ignes nunc Pyrrhæ tempore opus sit
  Omnia si hydra obiit iam celer ignis edet.

Victis maxime diue comparasti
  Tu monstris tibi gloriam per orbem
  Maiorem paries tibi domabis
  Si tetrum modo diueSeraphinum
  Carrapham colit hanc domum superbus
  Angue hoc sæuior est uelis domare

Carrapham quæ hodie nimis te honorat
Posset frangere protinus malignus.

Alcides adloquitur spectatorem.

Quid petis? Alcides ego sum: quo uiribus unq̃
Non est/ nec fuerat/ nec prior ullus erit:
Sum quia diuersos populos subducere claua
Ausus/ & immanes perdere in orbe duces:
Viuus & infernas necnon tentare latebras
Vnde charon stygias remige sulcat aquas.
Cerberus haud nostros cursus/ qui limina seruat:
Terruit/ Herculea concidit ille manu:
Quid memorē? quascunq; alias superauimus urbes:
Monstraq;/ si cupies noscere? fama refert:
Victaq; præterea crudelis nunc iacet hydra:
Non ullis clauæ uiribus/ igne tamen:
Ecce iterum in terris cælo demissus ab alto
Priuatas acies legibus/ igne premam.
Hinc fuge/ qui pueros subigis: qui furta reposcis
Impia/ ne nostris ignibus esca sies
Hæc in sacrilegos damnata est claua/ sed ardens
In te pædico torrida flamma ruit:
Hydra tibi speculum fiat/ quæ robur/ & arma
Spreuerat/ igne tamen concidit/ igne cades.

En se potens Mars est/iaculis pharetratus Apollo:
Lenæus cornu/fulmine & igne tonans.
Claua ego si nescis/quantum ualet ista caueto
Hac Leo Sus Taurus Cacus & Hydra perit
Prospice nunc Hydram quali sit prospice uultu
Proseptem quæ dic corpore forma manet
Surgere cur uoluit toties cur temnere numen
Herculeum tandem nunc iacet Hydra iacet
Sic tu crede miser nostras si læseris aras
Vnum est quod parcunt hæc mea tela deis

Quot Proteus uariis uertit sua membra figuris
Pasquillo totidem Roma dat ora suo
Nam nunc Harpocrates Cyllenius aut dea Florum
Et nunc Alcides mox at Asellus erit.

Hydram sic supero uos qui spectatis inermes
Discite iustitiam nec fera bella sequi

Mœstum ponite uos metum Quirites
Non cœlum ruit esse si uidetis
Hic me sum modo sum labore fessus
Non possum modo sustinet Secundus
Vix tergo potui ipse ferre cœlum
Paruo tempore sed potest benignus
Hic solo omnia sustinere uerbo
Aeternum omnia Iulius Secundus
Hic monstrum domat hic domat Tyrannum
Occisa hac cito tu manu peribis

Fæcundo cito fertilis redundas
Si tu uulnere fortior Secundus
Serpens Iulius ille te trucidet
A toto omnia pellat orbe monstra
Non possum mage cuncta sint Secundi
Cælum sustineat potens Secundus.

Quisquis magnanimum tentes uiolenter Iulum
Protinus Alcidæ facta prioris habe.
Vera quies sub glande foret: fœlicior ætas
Seruatura etiam sub pietate uiros
Si data libertas mediis turbare Tyrannos
Vrbibus & stabilem posset habere locum
Hic opus Alcide tamen est tu proinde resurge
Quisquis es & lætos cuiq; repone dies.

Hac pressi horrendum prima uirtute Leonem
Aeripedem hac ceruam setigerumq; suem
Tartareus trahitur superas ad Ianitor auras
Soluitur hac uinclis Hippolytesq; comes
Linquere Stymphalidas Phineia tecta coegi
Geryonis straui hac tergeminumq; caput
Cornibus hac taurum uulsis hac poma draconem
Aurea seruantem uel Diomedis equos
Ipse quoq; Antæum uici labente palæstra
Hæc restat tantum quæ modo cæsa cadet

Ingens Hydra tibi mactata est pectore forti
Clauiger armipotens qui superare potes
Omnia iam Italiæ uicisti regna superba

Monſtrorum claua qui domitrice tua
Barbara tela uelis a nobis pellere dira
Vt melius teneas ſub pede corda fera

Herculis ut uires domuerunt omnia monſtra
Non aliter feci Iulius in Venetos.

Tu facis Alciden mactati pelle Leonis
In ſternens mira hanc tu premis arte comam
Fac etiam poſſim precor hinc precor ire per urbem
Nunc ego nunc pulcher conſpiciendus eques
Pulcher equo ſedeam qui dum crudelius urgens
Pene petis clamat mitior eſſe uelis
Qui loquitur mirum loquitur qui ſemper & audit
Dum loqueris cernit dum ſua terga premis
Illum ſemper alam in præſepibus hordea ponam
Qui ſub ueſte latet grandia penis habet.
Non metuet fræn um perte pulcherrimus ille
Fræna pati didicit de grege captus equus.

Octaui lepidi & Marci ſunt tempora uerum
Regibus Italia eſt non ſatis una tribus
In ſe conuertent ferrum nos præda furentum
Donec habent quod edant ſunt ſine lite lupi.

Quid modo Pyramides quid nũc Babylona canamus
Quid Iouis & triuiæ templa ſuperba deæ
Non magis immenſum mirabimur amphiteatrum
Nam ſummæ facerent hoc quoq; ſemper opes

Sume puellares noſtros hæc munera uerſus
  Quæ tibi dat uirgo carmina diua premens
Cui tu lanificas ſacris & fontibus artes
  Caſtalio referas ex Helicone uale.

Quid trepidas iam pone metum Leo concidit ingens
  Nullus erit qui te lædere Roma queat
Quid dubitas monumenta feræ mea tegmina cerne
  Hydrane perterret noxia colla mouens
Conficiam ſæuos didici ſuperare dracones
  E medio noui tollere monſtra puer
Quanq̄ ſeptena mortem ceruice minatur
  Cogetur multis ictibus atra mori
Non mihi magnanimus comes eſt Iolaus at ille
  Quo nihil in terris fortius eſſe poteſt
Iulius eſt ſocius nunc totus gaudeat orbis
  Triſtia nunc ceſſent uictima grata cadat
Omnia reddentur magno fœlicia mundo
  Omnibus expellam partibus ipſe malum
Viuite iucundæ contenti munere pacis
  Quos titan oriens occiduuſq; uidet
Non eſt ꝗ metuas gelidas qui reſpicis arctos
  Nec qui depreſſo regna ſub axe tenes
Ipſe ego defendam ne uos animalia perdant
  Improba neu telis inuida turba petat
Lernæa Herculeis contuſa eſt uiribus Hydra
  A Iulo Euganei bælua fuſa ſali
Siqua renaſcentur tanta capita altera peſti
  Expectant ſæuas Cæſaris illa manus.

Amphitryoniaden ſuperant tua robora Iuli
  Et fuſte illius plus tua claua ualet
Claua trinodis adeſt tibi crux fera monſtra domabis
  Non modo ſed franges tartara dira cruce
In medium profer magni uexilla tonantis
  Et refer ad ſanctos clara trophæa tuos.

Herculis armata eſt inuicti dextera claua
  Pro claua eſt ualidum robur Iule tibi
Vindicibus reddes pacatum uiribus orbem
  Et rutila perdes omnia monſtra cruce.

Fulxiſſe Alciden cecinerunt ſidera uates
  Quis melius quam tu fulcit Iule polum:

Dic cui conueniat quæſo geſtare Leonis
  Alati ſpolium quam tibi Iule magis:

Nil puto per Lernæ monſtrum niſi Turca notatur
  Hic reor Alcides diuus Iulus erit.

Amphitryoniades e cœlo uenit in urbem
  Perdomet ut claua talia monſtra ſua.

Hic opus Alcide claua domitrice ferarum
  Nam Roma eſt monſtris tota referta feris.

Vertice iuſtitiæ quondam ſimulacra carebant
  Pro qua nunc Lernæ fingere monſtra licet.

Igne mihi dexteram non claua armate Quirites
Vrbs sunt Vulcano monstra domanda tua.

Dicitur Alcides fuluum ulcisse Leonem
Vexisse & celeres ui Diomedis equos
Non ne Leonina Centauros pelle biformes
Cinctus & Harpyias cuspide fixit aues
Tartareos seruantem aditus Plutonica regna
Tergeminum rapuit perdomuitq; canem
Vulcani interiit Cacus sic Bælua Lernæ
Herculis ingenti robore uicta fuit
Annua quisquis ades lustrans spectacula musas
Thespiadas quæso nunc reuerenter habe.

Qui domuit Ceruam Nessum pressitq; Leonem
Indomitos domuit qui Diomedis equos
Quiq; Erimanthei sparsit suis æquora campi
Sanguine tergemini collaq; iuncta uiri
Stymphalidas uolucres ludoq; Antæa Palæstræ
Terrigenam manibus pensile pressit onus
Clauiger extorsitq; Acheloia cornua tauro
Soluit Amazonio uincula nexa uiro
Traxit ab Inachia constrictum ualle frementem
Traxit & a stygiis te quoq; Cerbere aquis
Quiq; draco Hesperidum seruabat peruigil hortos
Victus ab Herculea protinus ille manu
Quæ uobis septem hic ingentia guttura pandet
interimet claua callidus ille sua.

Quos ludos ludis de me Romana Iuuentus
    Alcides ut sim qui modo marmor eram.
Nuper eram Ianus fueram Mars Stellifer Atlas
    Dum non sum quod sum nescio quid fuerim
Herculeas tandem ꝙ uultis fundere uires
    Atq; Hydram hanc claua rursus obire mea
Experiar quodcunq; libet dispar sed ab illa
    Viribus est, quantis hæc renouata mihi
Illa luto latuit tristi nec stagna reliquit
    Terruit hæc montes ampla superba mari.

Annus adest quo Ianus eram Tirynthius adsum
    Annua per lustrum nomina sic teneo.

Me mare me tellus me non capiebat auernus
    Res ulla/ & tandem me modo marmor habet.

Ille ego patre Ioue Alcmena genitrice nec ipsi
    Nox fuit una satis sed geminata Ioui
Nulla fuit sub me monstrorum forma peremi
    Quicquid mortali pectore terror erat
Discessi æthereas pacato in territus oras
    Orbe mei Alciden uoce uocante patris
Monstra ego quæ occidi toto radiantia cælo
    Fulxerunt iussu sæua nouerca tuo
Iuli iterum sub te summo delabor olympo
Vt sub te portent qui haud uoluere iugum.

Cui Leo Taurus Aper Cacus cui cessit & Anguis

Pro dolor en Nessi sanguine deperii.

Creuerat abscisso Septem uno uertice ut Hydra
 Creditus Herculea ui periisse Leo
Victus Iulea est inuictus ab Hercule claua
 Sic Leo Iuleum est Herculeum Hydra decus
Iulius Alcidesq; pares quin maior Iulus
 Extincti spolium nanq; Leonis habet.

Mille nouum telis Pythona peremit Apollo
 Ne læto noceat tabida pestis agro
Et Campen lybicas uastantem Bacchus harenas
 Perculit Eoo uictor ab orbe means
Sustulit infestos Phorbas Triopeius hydros
 Assertor cultis o Ophiusa tuis
Quin & Cappadocis uirtus diuina Gæorgi
 Monstrum ingens multo sanguine fudit humi
Hos erumnoso sequitur laus parta triumpho
 Omnes & magno fama fauore canit
At non extrema celebratur nominis aura
 Alcides claua fretus & igne uago.
Verum & si ille nigrum Lernaeæ uirus Echidnæ
 Contudit & miris colla renata modis
Gloria uictori maior debetur Iulo
 Qui domat Euganeæ dira uenena nepæ
Magnum opus est domuisse feras domuisse ferarum
 Victores maius Iulus utrunq; facit.

Qua domuit tot colla feræ Tirynthius Hydræ

Auguror e querno robore claua fuit.

Si potuit quernæ quædam uis insita clauæ
Vincere Lernæi monstra cruenta lacus
Quid non posse putas ipsius maxima quercus
Robora quæ uibrat Iulius ipse manu.

Hoc ego quod fueram reuolutus ab ordine mundi
Non sum cras idem quærite nullus ero:

Iam mihi Pascha dedit solum inuiolabile nomen
Hoc notus proprio semper in orbe fui
Sic mihi mens una est una & facies licet omni
Vere meum soleant hoc renouasse caput
Nunc mea Saturni nunc Martis nuncq; Mineruæ
Nunc erat Astrææ nunc Veneris facies
Nunc Cererem Genium Phœbum finxere Iouemq;
Et nunc Harpocrates nunc ego Ianus eram
Ecce modo Herculei torquent mea pectora fastus
Ecce modo ambiguum Protea iam supero
Sic tibi Roma caput uariantur & undiq; sensus
Et tua ni prosit sancta columna peris.

Monstra ferox quondam uicit Tirynthius Heros
Monstra Secundus & hic Iulius edomuit
Alcide maior nanq; est deus orbis Iulus
Quod Leo sit uictus sunt tamen arte pares.

Fidem Quirites obsecro uestram mea

Virtute si unquam depuli uobis malum
Inauspicatos pellite a me Gracchulos
Picas loquaces Garrulumq; auium genus
Circumstrepentum dum labore uiuidam
Tanto domare nitor Hydram capitibus
Quæ tot recisis pullulat magis ac magis
Quod nulla si uos Herculis pietas tenet
Saltem uidere quis queat Romæ & pati.

Quem modo clauigerum crudelia monstra timebant
Excetra Anteus Cacus Aperq; Leo
Barbaricas ueni iussus contundere gentes
Bissenis superest unus habendus honor.

Est septemgeminis urbs condita collibus Hydra
Amphitryoniades quisnam erit ignis edax.

Ille ego sum qui iam claua dextraq; potenti
Consilioq; animoq; meo uirtuteq; uici
Omnia nec paucos ui tartara adire coegi
Nam Cacum ingentes ignes ex ore uomentem
Occidi cur frustra alios ego dicere conor.
Qui dextra periere mea cum fama per orbem
Effundat uatesq; canant mea facta periti
Lernæamq; Hydram non dictu effabile monstrũ
Horrendum uisu magno luctamine uici
Iulius hic sæuos uincit uirtute Tyrannos
Incepi Nemeæ primum superare Leonem
Iulius Italiæ incepit superare Leonem

Inde alium Cacum prosternet Iulius alter
Cacus erit Teucer rursus superabitur Hydra
Hydra rebellis erit populus sed Iulius illam
Prosternet demum faciet tot Iulius omni
Iulii ut assidue nomen cantetur in orbe.

Iam redit illa dies in qua Romana iuuentus
Pasquilli festum concelebrabit ouans
Sed uersus impressos obsecro ut edere omittas
Ne noceant iterum quæ nocuere semel.

Errasti cum me contundere feceris Hydram
Nam Leo nunc rapidus en se necandus erat

Salue diuorum proles domitorq; Tyrannum
Salue præsidium tu quoq; claua potens
Impia tu nostri domuisti crimina regni
Bentiuolum faustum quæ domuisse tenes
Salue iterum Iuli nunc magna potentia sola
Et dux & uires Christicolumq; decus
Aurea credo iterum redeunt iam sæcula mundo
Nunc quoq; libertas quo duce tanta uiget
Iccirco nunquam morieris semper habebunt
Te Romana ducem gens tua sceptra Vale.

Huc uenias quæso Aoniis comitate Camœnis
Phœbe tuam plectro percutiasq; lyram
Cumq; pharetratis adsit Latona puellis
Syluigenas iaculis figere docta feras

His Cytherea nouis faueat pulcherrima sacris
Hac Bacchæq; canant orgia luce precor
Clauigeri Alcidæ solemnia reddite templo
Et redolete suis thura sabæa focis.

Expulit Hispano rex Ferdinandus ab orbe
Quiq; colunt ficta relligione deum
Et tu Roma tenes sed tu sanctissime Iule
Hoc prohibe & sancta non sit in urbe locus
Ne tuus immundo grex cõmaculetur ouili
Vua ut ab alterius labe perire solet.

Cacus Auentino quondam depressus in antro est
Nunc mihi Septeno est Hydra premenda iugo.

Singula cum redeunt solemnia Marce Quirites
In uarias frontes me posuere boni
Scilicet ut belli aut pacis discrimina rerum
Prædicam aut messis fertilis arbor erit
Nunc me clauigerum finxerunt ora tumentem
Huic monstro horrendoq; impositurã necem
Clauiger est pastor templi qui sceptra tonantis
Iulius auratas qui tenet orbe faces
Si ueniant uulgi ut fama est terrena regentes
Imperia, aduersus tam pia sceptra uiri
Nil metuat pastor nam si mea dextra nefando
Arripuit uitam uis mea cum uiguit
Et quamuis toruum septenaq; guttura ferret
Abstraxit secuit impia membra manus

Sic Præsul Gallos Germanos sanctus Iberos
Anglos & Latios gens sua magna nimis
Et Græcos Teucrosq; simul qui sacra prophanant
Seruitium coget colla superba pati.

Protinus hinc absit torto ne lumine cernat
Me qui lippus erit tempora claua petet.

Pingitur in uarias facies tua forma quot annis
Quod nomen nostri temporis illa notet
Quid notat hoc æuo perdens Tirynthius Hydram
Exacti quando pessimus annus eat
Sanguineo crescens animal modo uulnere fingat
Sic opus autorem dissimulare decet
Siue feram cõmutet Hyla clauamq; Priapo
Debuit hoc pacto pingere pictor opus.

Quid facis Alcide clauam Leo turbidus horret
Vnum quod tundit fortiter icta caput
Sed labor est septem ceruices frangere quis
Sis deus insultant impia monstra deis.

Herculeos habitus quamuis in corpore seruo
Sum minus ille tamen Iulius ipse uocor
Qui cæli deus & colubrum & fera colla peremi
Per quem terra ferax æquor & omne silet.

Lernææ similis capitis Septemplicis Hydræ
Immanis Venetis incubat anguis aquis

Ne tam sæua lues totam proserpat in orbem
Clauiger Alcides ab Ioue missus adest
Non erit extinctæ posthac reparabilis anguis
Vita nec exectum crescet ut ante caput
Scis ut fortis erat Cacus Geryonq; Tyrannus
Et tamen hos Leto claua manusq; dedit.

Nescio quid fera sis sed nulla potentia plures
Fert animas quot habet Iulius ipse animos
Sustulit hic Taurum spoliauit pelle Leonem
Quisquis es Harpyia quisquis es Hydra caue.

Geryones triplici pugnam qui corpore obibat
Monstrosam rediit rursus in effigiem
In formam redeant coeant tria pectora in unum
Quid rediisse tamen & coiisse iuuat
Non & enim mundi assertor Tirynthius heros
Defuerit rursus qui fera monstra domet.

Eumenidum furias domui Iunonia iussa
Nunc pellam Imperio barbara regna Iouis.

Vnicus heroum fortissimus inclyta gesta
Diuina Alcides ipse peregit ope
Vtq; puer manibus geminos eliserit angues
Tumq; Cleonææ tergora fulua feræ
Vt septemgeminæ capita obtruncauerit Hydræ
Nodoso clauæ robore monstra premens
Hydra iaces nec te capitum numerosa propago

Nec consanguineæ surripuere comæ.
Quin & Gallus atrox & aquaticus aliger olim
Ore fremens claua uictus uterq; graui.

Occidit hydra quid hydra est unda est occidit unda
Vnda quia in purum haud occidit unda merum
Non unda occidit ast undæ usus & usus & unda
Intacta in latum nam occidit unda fretum.

Aspice quæ quondam terris nocuere lacertis
Perdomui nulla territus arte meis
Deposui hirsuti pellem miser ipse Leonis
Fœmineæ induito sumpta mihiq; toga est
Nodosam liqui clauam celeresq; sagittas
Pollice deduxi mollia fila meo
Cerberus ad superos Stygia est ereptus ab unda
Per me picta Venus nostra trophæa tulit
Desine tu pueros facilesue in amore puellas
Sectari Alciden sic superare potes.

Vnde hic immeritæ uates infauste Quirini
Ignis edax urbi posteriora placent.

Aesonides rapto lætatur uellere Phryxi
Cretæi Theseus gaudet honore bouis
Dicitur ex apro Meleager habere triumphum
Bellerophontea est cæsa Chimæra manu
Gangaridum spoliis exultat Bacchus Achiuis
Accedunt uicti gloria magna Phryges

Lernæum noſtra eſt laus exuperaſſe Ceraſten
Et ſeptem hanc capitum Marte necaſſe feram
Iulius at gaudet Venetum aſportaſſe trophœum
Iulius e Latio monſtra ſuperba fugans
Qui modo cũ Rheno Rhodanũ ſuperabit aquoſum
Apponetq; piis aduena Gæſa tholis.

Hydram ſi macero miraris neſcia turba
Neſcis quam duro marmore ſeptus ego.

Herculeo ut cecidit capita ictibus Hydra reſumens
Robore Iuleo ſic Leo uicte iaces
Vtq; Leo ſic & ſi ſint monſtra illa ſubeſſent
Antæus Taurus Cerua Aper Hydra Aquila
Innumeriq; illi magno domiti Hercule reges
Non minus Herculeis Iulia tela tremant
Liberat infernis tenebris & Iulus amicos
Virtutis tandem præmium olympus erit.

Nate Iouis ſummi terrarum monſtra necaſti
Donati uultus uiuere in orbe ſinis.

Siccine Romulea toleratis in urbe Quirites
Turpiter ut miſeris obruar ipſe modis
Ille ego ſum quondam cui ſacra aramq; dediſtis
Ab Ioue progenitus Amphitryoniades
Quin ſubito ex oculis tam uilia demite noſtris
Carmina quæ melius thura piperq; tegant
Vel mea ſupplicium qua uindice ſumo malorum.

Diminuet ueſtrum ferrea claua caput.

Nuper eram pueris Paſquinus inutile ſaxum
At nunc Herculea ſum deitate ſacer.

Qualem olim Lernæa palus nutriuit Echidnam
Nunc habet Hadriaci peſtifera unda freti
Illius Herculeis ſunt colla reſecta lacertis
Hanc qui contundet non niſi Cæſar erit
Illa grauem ſenſit clauam ferrumq; facemq;
Hanc premet in ſtygias armiger ales aquas.

Robur erat quondam confringere colla ferarum
Mille licet Iuno finxerit ipſa die
Aſt ubi ſidereas iuſſus contingere ſedes
Mente cadunt Hydræ Cacus & Heſperides
Ecce renaſcuntur nuper mihi mille labores
Vincere non poſſum ſum lapis ipſe uides
Quos domui populos conantur uincere me me
Roma tibi caueas ſit tuus ipſe labor.

Saxea ſi Alcidæ mihi quæ data forma fuiſſet
Non foret excetræ uictor ut ante fuit.

Alcidas binos ueteremq; nouumq; tenemus
Fortior alter erat fortior alter eo
Cerbereo ille anguem ſpumoſo mandere morſu
Quærentem claua truncat & ille manu
Viperea hic ſemper ieiunaq; guttura ſeptem

Explere ac uauuit tantus inermis homo.

Septcipitem superans Hydram Tirynthius hic est
Vt scelerum totidem tollat ab urbe ducem.

Non tot sæua modis mutauit corpora Circe
Viribus herbarum carmine uel magico
Quot mihi Pasquino uariantur membra figuris
Herculis anguiferi nunc mihi forma manet
Et modo multorum signatus tempora diuum
Cernor & a populo prætereunte uiam
Delicias tanquam populi finxere magistri
Carmina dent uates munera digna mihi
Ferte precor iuuenes musarum dona quotannis
Optimus in uestro carmine censor ero.

An ne hydram extinctã me uulgus ab Hercule credis
Forte intactum aliquod restitit igne caput
Forte renascentur solo pro uertice septem
Difficile est hydræ perdere tot capita
Vna renascatur si frons mihi ue tibi ue hostis
Sanari ex hydræ morsibus haud facile est.

Non ego bella gero magni sum ianitor atri
Carrafæ sed tu Martia turba furis
Clauigerum dicis uerum est nanque ecce trinodis
Vt pellam rabidos est data claua canes.

Roma decus mundi mundiq; imposta trophoeis
Gloria celsa tuis quis tua fama salit
Alcides celebrandus adest mea magna potestas
Alcides sacris cernitur ipse tuis
Venit ab astrifero munitus brachia cælo
Vt sæclo in magno Cæsare magna paret
Magna paret reddet pacatum uiribus orbem
Vt modo Cæsareum tollat ad astra caput
Hic est qui pollet quem non Germana tonantis
Quem non mille feræ uincere monstra ualent
Bissenusq; labor quem non Steneleius Heros
Pallida mors fortem nec superare potest
Omniparens tellus foret hic ni obnoxia monstris
Hactenus at merito circulus astra tenet
Ne quicquam gaudet pro munere raptus ab Ida
Munera muneribus candidiora gero
Herculeum robur superauit robora Caci
Vastantis montem sed modo sylua tacet
Desine nunc questus nec scindas Roma capillos
Iulius Alcides grandia dona dabunt.
Ecce hydram Lernæ sæuam Tirynthius heros
Comprimet armatus qui tua membra teget
Iulius ecce tuus redimitus tempora mitra
Iustitiam pacem sanctaq; iura dabit.

Miraris cur arma geram cum clauiger essem
Deposui claues sed mihi nomen idem est.

Conticui ut prudens dum iam fera bella parabam
Pugnaui & uincens Herculis arma gero.

Herculeas in fronte gero non Hercule dignas
Vires nam multo pene superbus erat
At tu quem cernis parte est robustior omni
Solum qua gaudent fœmina uirq; simul.

Fallitur Alciden credens me Martia pubes
Nam sum Pasquillus notus in urbe lapis
Sed quia stulta super uolat ignea sidera cura
Hoc cum nil faciat Martia turba facit.

Aspera magnanimi compressit terga Leonis
Liliger en Gallus diripuitq; nece
Et spreto uersa est gelido natura timore
Concutit ardenti Martia tela manu
Suetus qui rapidam fugiendo per auia letum
Cursibus & saltu corripuisse uiam
Ecce caput rutilans triplici diademate cinctum
Porrigit aurato & cortice sacra micat
Alpes quæ dudum rigidæ mœstissima quercus
Transiliit fugiens numina læsa bouis
Nullo aquila & tenuit patrum discrimine uictrix
Desidia est linquit flumina tincta nece
Verterit ut Nemesis priscorum Martia cerne
Tempora belligeri qui legis acta dei.

Non hanc sed trina quæ surgit fronte Chimæram

Confice si potis es de Ioue liquid habes.

Cur me cælicolum summo rex misit olympo
 Curq; iterum excetra est percutienda mihi
Quidq; feram quæris crudelia Iuppiter armat
 Bella ducemq; iubet me fore Roma tuum
Barbara gens quoniam populo subiecta Quirini
 Sæua superba tibi nunc Venete arma parat
Ausoniasq; furens ne quicquam territat urbes
 Non secus & latrat hæc ac rabido ore canis
Hanc ego barbariem patris pia signa secutus
 Contundam & Iulo parta trophæa feram
Aurea pax terris aderit tunc omnibus unus
 Tunc deus una fides Iulus & unus erit.

Ebrius hac semper Pasquillus sede quiescit
 Commouet ingentes testiculosq; suos.

Quid mea miraris nodosæ robora clauæ
 Qua cecidit sæuus Cacus & Hydra Leo
An mea quod dixi magis an te flamina terrent
 Tegmine cum nudus Herculis ipse tegor
An tu scire uelis quæ nam fiducia tentat
 Sumere me quouis tegmina digna uiro
Hoc faciles superi mihi concessere querenti
 Claudere quæ brumæ tempore membra rigent
Sole datum misero fuit hoc non amplius uno
 Ergo cras dempto tegmine nudus ero.

Iam cito de Iano est factus Tirynthius heros
   Nimirum periit si pudor ullus erat.

Iam domus Hesperiæ uidit Iulea ministros
   Deflebat clypeum terna corona suum
Præuidit Senones Latios optare penates
   Quam male compulsus uiribus Hesperiæ
Sed postquam bello est fastus superatus iniquus
   Ve gens composita Gallica pace tibi
Vis ne iterum lyris fiat tibi Gallicus amnis
   Atq; iterum madeat sanguine terra tuo.

Pluribus haud quisquam speret uictoriam inesse
   Vnius huic capitis tot capitum hydra subest.

Marmoreum fortasse putas hic cernere corpus
   Et censes dextræ robora falsa meæ
Falleris an nescis quantum mea numina possint
   Nonne Iouis magni sanguine natus ego
Ille ego qui merui præclaris uiribus olim
   Vt sua præberet munera quisq; deus
Cornipedes Neptunus equos Cyllenius ensem
   Necnon & peplum diua Minerua tulit
Hanc mihi Vulcanus clauam thoracaq; firmum
   Præbuit atq; arcum pulcher Apollo suum
Post ubi Iunonis tandem compleuimus iram
   Corpus sumpserunt astra benigna meum
Nunc iterum in terras uenio Ioue missus ab alto
   Purget ut infectum ferrea claua solum

Ergo caue & primum a te crimina cuncta repelle
Ni uis tartarei regna subire dei.

Absit si dederis clauæ bina oua magister
Factus ab Alcide crede Priapus ero.

Nanqꝫ uirilis habet membri mea claua figuram
Testiculos Pictor hic super adde tuos.

Aspice magnanimum Alciden ut pelle Leonis
Contegit execta fortia membra feri
Contudit utqꝫ hydram ferali uulnere clauæ
Dentibus & uiro qui timor orbis erant.
Ponite mortales trepidas e pectore curas
Eiusdem manibus cætera monstra cadent.

Gallorum immensam rabiem gens Itala suffers
Incestet nostro carmina missa sinu
Quin potius rapidis consumes corpora flamis
Subdita Barbaricis Itala regna putant
Pelle age Gallorum turmas contraria nostris
Regna uiris semper libera Roma fuit.

Fortis & inuictus nulla ui territus heros
Inclyta regnantis progenieſqꝫ dei
Sum cui cesserunt tellus mare tartara cælum
Nunc deus astriferis perfruor ipse choris
Pacatum monstris hæc dextera reddidit orbem
Quem digito uoluat Iulius iste suo

Ipse feras domui immanes pater iste Tyrannos
Perdomat Imperio subiugat atq; suo
Cælum supposita forti ceruice subiui
Clauibus at referat Iulius astra bonis
Cerberus amissos uictis ceruicibus atris
Igniuomus socios tradidit ille meos
Sic nimiumq; tenax Venetus nimiumq; superbus
Turpiter amissis urbibus ecce iacet
Fertilis hæc serpens multo deuicta labore
Ausonium signat summe Secunde decus
Fœdera te merito primum septena requirunt
Parthicus iste tibi iure tenetur honos
Nestoris ætates uiuat precor iste Secundus
In Parthos gladius sæuiat utq; suus.

Galle quid exultas ꝙ me natura Leonem
Quadrupedum dominum uoce timere facit
Ne fallare uide solitus nam uertere terga
Aduersus quoties se minor hostis adest
Verum si perges nimis ipse lacessere fortem
In te conuerso non satis unus eris.

Fare quis Alcides quid stas stupefactus olympi
Rectoris natus maximus ille ego sum
Quid sibi uult reditus sequar ut noua iussa tonantis
Experiarq; iterum quid mea dextra potest
Pugnandumne immo postquam Mars impius instat
Virtuti hæc sola est gloria digna meæ
Cui tutela daris Iulo nam numine Iuli

Pro spera librato tramite cuncta fluent
Cum sint maiores cur hæc uictoria præfert
Iulo quæq; obstant monstra perire simul.

Herculis en uires en laudum immensa uoluntas
Quencq; deus laudes appetere usq; monet.

Alcides petitis Latias quid uenerit oras
Et quotus hac turba uel didicisse uelit
Ille isti diuersa refert hi multa loquuntur
Et de me uates quilibet esse cupit
Quid tantum pro turba procax quid sedula tantum
Garris & nulla lege quieta manes
Ipse ego uera canam uacuas præbebitis aures
Si modo tum uerbis expediam breuibus
Quis noster non nouit Hylas ceu fonte relictus
Vocibus & fuerint littora plena meis
Quis nescit lachrymas alto & suspiria ducta
Pectore nil illum post mihi dulce diem
Quem labor insanus latuit longiq; uiarum
Errores nullo & fine petitus amans
Quærenti ac totis terris sine more furenti
Peruenit paculas rumor ad auriculas
Roma tenet multos pueros multasq; puellas
Huc noua quottidie raraq; forma ruit
Hanc insane petas poteris posuisse furorem
Thiodamanteos hæc tibi mille dabit
Hæc ego cum bibula traxissem lætior aure
Protinus armiferi mœnia tendo dei

Ventum erat ad portas cum feruere cuncta tumultu
Et uidi & dubio corde repente steti
Copia me perdet dicebam quis bone dulces
Hoc poterit populo me docuisse faces
Versanti tam dura mihi sententia sedit
Claua potest sæuis consuluisse malis
Hac tu multa uales tentare foramina culi
Mensura hac culum pulcher habebat Hylas
Quisquis & hac fuerit certa cum lege repertus
Huic tentes rigidum composuisse latus
Currite iam cuncti uos claua intrabit & apte
Qui induerit nostras huic dabo delitias.

Quis posset uarias Alcidæ dicere uires
Quis posset laudes cōmemorare suas
Qui tot serpentes ausus occidere & hydram
Atq; boues claua perdomitare sua
Antæum quid ferre uelim quem corpore stricto
Ausus es Alcide magne dedisse neci
Nec minus hirsutum nemees mactare Leonem
Diceris:& multas perdomitasse feras.

Nonne uides quantus nostri spectator & huius
Romulidum populi totius orbis adest
Totq; mihi uates dextra quom carmina signent
Annua cum forma uestis adestq; grauis
Et nunc præcipue quom sim crudelis in isto
Herculis Alcmenæ corpore magnanimis

Cur tibi forma ferox hydra Paſchine magiſter
Nunc referas cauſam quid uelit illa precor.

Iulius ante omnes Romani paſtor ouilis
Vatibus a cunctis nominor ipſe Ligur
Clauaq; quam cernis nodoſa inſignia noſtra
Vexillum crucis eſt quod fugat omne malum
Hic quoq; uult ſerpens de quo certamina geſſi
Gens inimica mihi Cælicoliſq; rea.

A te quod cupii didici nec plura petebam
Pro quo tu fœlix hinc mihi ſæpe uale.

Vt terrere nimis mortalia pectora poſſim
Me facit Alciden me facit ille deum
Sic tremo ſic miſer ut quæ horrentia reſpicis arma
Me uentrem hic cogant me exonerare meum
Soluam uentris onus ſoluam nec rideat ullus
Non pudor eſt cogor ſoluere uentris onus
Omniaq; implebo quæ uaſcula uexerit ille
In caput & iaciam protinus inde feri
Irrorabo etiam penis ridentibus undis
Ibit ridenti riſus ab urbe ferus
Hæc erit hæc quoties faciendi certa cupido
O toties uiſum Troica Roma ueni.

Non bene conueniunt Venus & Tirynthius heros
Nanq; Cytherea hæc cinguntur ſæcula myrto
Omnis inauratis ſtat nunc ſpes alma ſagittis

Herculea quanquàm falsa sub imagine fingam
Corda animosq; feros spreuit puerilibus annis
Iste uoluptatem uirtutis signa per auras
Sustulit Herois ceciderunt monstra lacertis
Nam puero in cunis recubanti sæua nouerca
Serpentes geminos linguis uibrantibus ipsis
Sanguineis oculis pedibus rubigine nigris
Horrendis squamis conieciit sed puer infans
Et manibus paruis diuus pro uiribus illos
Exhibuit fato redeunti ad tecta parenti
Risit conuoluens digitis extrema parentes
Exangues miseriq; graues timuere dracones
Paulatim crescente deo si credere dignum est
Lernæam princeps superauit uiribus hydram
Quæ fuerat damnis diues septenaq; colla
Surgebant uno dempto nemeæaq; moles
Victa iacet sæua qua sumpsit tegmina leua
Nec minus asper erat monstro Theumesius hydra
Hic tamen Heroi cecidit tegeæaq; monstra
Victus aper sæuus fugientem cornibus aureis
Et ferri pedibus ceruaem interfecit & arcu
Stymphalides uolucres lapsæ tum cornua Taurus
Flens Achelous aquis collegit Bistoniumq;
Victor equis regem misit Busiris acerba
Deuictus claua natum tellure gigantem
Pectore compressit credis uelamina tolle
Tolle superficiem diui tunc inspice pectus
Incutit horrorem ni dant responsa lacerti
Da ueniam longo ceciderunt tempore uicti

Oceano lato posuit fixitq; columnas
Aurea deuicto legit pomaria monstro
Geryonen bello ternum superauit Iberum
Hesperiam calpem atq; abilam diuisit & inde
Immisit pelagus terræ superator iniquæ
Vicit Amazonidas Cacum tum sanguine Nessus
Tinxit aquas iacet Albiones monstroq; marino
Hesionam duxit Latio Tirynthius heros
Lacinium uicit patri Lacinia tollit
Templa Ioui telo Iunonis corda nouercæ
Percutit & cælum magno quis nescit Atlante
Sustinuisse deum custodem traxit ahenis
Tartareum noctis inuito rege comisq;.

Ipse ferar quamuis claua resecasse trinodi
Guttura Lernææ sæpius orta feræ
Non ferro domui duplicantia colla sed igni
Atq; meis flammis cessit Echidna ferox
Hanc patiens igitur pestem me Roma uocauit
Euertam ut rapidis hæc fera monstra rogis.

Hercles ut natus pressi Iunonia monstra
Virtutis primæ signa fuere meæ
Post maiore meo repleui munere terras
Exhausi pestis quicquid in orbe fuit
Propterea cælo uenio deductus ab illo
Qui tenet Imperio regna secunda Ioui
Adsum fuste potens inuictus uiribus ipsis
En uideor priscum nunc retinere decus.

Et ueluti septem surgentia guttura fregi
Vincere sic totidem posse putato duces.

Occidit Herculea Lernæia uipera claua
Surgit Iulea claue redempta cohors.

Amphitryoniade totum uenerande per orbem
Clara cui tribuit robore dextra polum
Num manet hic puer ille tuus manet ille profecto
Cur petis hinc fugito ne rapiatur Hylas.

Strata iacet pestis Nemees & belua Lernæ
Vnde habet Herculeum tegmina fulua latus
Te Nilus te lingua atrox te Martia tellus
Sensit & occidui qua patet unda freti
Vulcani occubuit proles & pastor Iberus
Laomedontea & perfida lingua perit
Qui superest syluæ tollas Erimantidos aprum
Hic sæuus nimium post tua terga fremit.

Cur statua erecta est sic compta imitetur ut omnis
Virtutis cultor si uelit esse deus
Quæ maiora queas quam orbem pacare & olympum
Scandere & in medio præradiare polo.

Hydra mihi septem signat peccata recide
Totam hydram numen sic ego testor eris.

Ridetis fatui quod sim mutatus & ora

Herculis inducrim robora tanta gerens
Est mage ridendum cum multi cornua portent
Inter quos quorum munus arare fuit.

Quem modo Pasquillum cernebas esse uidebor
Idem si expectas cras quia inermis ero
Quamuis sella rudem decorata exornet asellum
Deposita sella non nisi asellus erit
Hic ita complures quorum aluos curia farcit
Deposito cultu sunt bipedes asini.

Marguttem ut nimio risu fert fama crepasse
Sic qui me ridet protinus oro crepet.

Hic Romæ maiora forent q̃ hæc monstra necanda
Non solum hic hydra est sed Leo Tygris Aper
Harpyias etiam innumeras hic esse uidebis
Quæ spoliant rapiunt perpetuoq; uorant
Haud satis Alcides foret hic nam plurima monstra
Herculeas possunt iam superare manus.

Cur me ridetis uellem monstrare foramen
Si possem & patulas hic aperire nates
Sed cum sim plura hic facturus nolo rotundum
Monstrare ast alio tempore festa dabo.

.onsica ego ut occidi olim ingenti robore dira
Viribus aut sacris quæ renuere meis
Inpia sic cense Teucrorum colla Secundus
Sub iuga deducet Iulius ipse deus.

Si deus hic nescis a quo sit factus homone
Cuius tutela tutus homonis adest
Signa dabo: tu met cognosces: lumen adustum est
Et crepitant crepite: stat Chiroteca humeris
Bassaridum de more caput iactatur utrimq;
Cumq; legit Iuuenum plausus ad astra sonat
Ignarusq; sui: nunc urbem: orbemq; figurat
Et nunc cælorum cicla: hemicicla docet
Hor diciamo loquens dicit: diciamo frequentat
Lector homonem istum: me mage nosce potes.

Ni mea Romani ferrentur metra quotannis
Donato simul ut congreget: atq; suat:
Quæ laude imeritum laudarunt tempore in omni
Non foret in tota is notus in urbe semis
Propterea mando uisis præsentibus illi
Ex templo cenam soluat in astra mihi.

Cur rides: q sum tam compte indutus: in altum:
Non ne putas doctum te petiisse satis.
Haud secus: apparent multorum corporagrossa
Deposito cultu: & me rudiora mage.

Denisq; dicendum buccato sanximus ore:
Bipedasellorum est copia magna nimis.

Figliolo io sono del tonante Ioue
che ho sequita uirtu da imei primi anni
& non la uolupta che con inganni
ciascun daluer camin sempre rimoue
Et per laforza che dal ciel mi pioue
uestito son dipelle & non di panni
& li monstri che ferno almondo danni
tolti ho diuita con notabil proue
Questa hydra uenenosa e quel peccata
di septe teste & mai da alcun uento
seno dame per mia prudentia e stato
Pero insequir uirtu nissun sia lento
che sia cnme io nel fin remunerato
de gloria æterna del passato stento

Che noua ce terq; quaterq; pedanti
forse credete sia un puttariello
da imparar: ma questo bastonciello
so ui fara tornar afar li guanti
Iate in malhora schiuma di furfanti
scaccia pagnotte come un fegatiello
chariempir questo uostro budello
Non bastarien letrippe di Elephanti
Senza uergognia senza discretione
che e madre uostra: neuenete a Roma
credendo qua spacciar reputatione
Che sia madetto: & si presto alla soma
non uitornete: io iuro o pedantoni
con questa claua spezarui lachioma
M.d.x. Pedātissimus faciebat.

Chi de quei ualui uelte presto le spoglia
credemi ame Pasquin che sei un pazo
prendendo ad altri dar tanto solazo
che remarrai diman poi senza soglia

Ferma ido capi ormai bifronte Iano
non pianger non gridar lassa ellamento
se ben ferito & morto atradimento
lassato ho questo mondo falso & uano
Segno e che fui signor degno & soprano
questo e del mio ualor fermo argumeont
che cosi come lalta torre eluento
se sforza aruinar con furia alpiano
Cosi ciascun signor famoso & degno
elpopul tirarse sforza albasso
uinto de inuidia & de furore e sdegno
Cesare iunse e Romulo a tal passo
una uita una morte un stato un regno
conducto mha collor sotto aldur sasso.

Hercul gia da tua maza & braua mano
uarii monstri gustorno amara morte
hor qua richiede uno huō di te piu forte
tanti cerbari pasce in Vaticano.

Padre dell uniuerso almo pastore
che rapresente Iesu Christo in terra
chi tieni elloco di quel che apre & serra
la porta del sacro regno magiore

Mira litalia tua che atutte lhore
dinanzi ai sacri toi piedi satterra
gridando patre sancto hormai diserra
laspada contral barbaro furore
Guarda ilsuo corpo tutto lacerato
dalle man desti cani amaramente
Soccorri padre mio piu che beato
Per amor della patria tua excellente
porgi soccorso alpopul flagellato
scaccia questa barbarica aspra gente
uedrai poi incontinente
Italia farsi bella & rinuerdirsi
& contra itoi nimici teco unirsi.

Io fui figlio de Ioue e parsi forte
perche dallarbor suo tolsi ilbastone
de ogni uictoria mia quel fu cagione
e in terra e in acqua e in la tartareo corte
Per quello hebbi tale animo & tal sorte
che occisi lhydra lapro e ilfier Leone
monstri giganti & molte empie persone
ma un sol chio occisi alfin dede ame morte
Se io sol con un tronco di tal pianta
fei tanto che fara il Ioue terreno
con lintegro arbor suo di uirtu tanta
Insino aqui dime facto ha non meno
ma molto piu ne piu di me si canta
ma sol de lui che dogni gratia e pieno

Che mirate con bocca aperta o pedanti
son pur mastro Pasquil comera innanti.

Sento di Marte la terribil tromba
Pyragmo stride & mugie alla fucina
el robusto Vulcano con gran ruina
ognhor si sa fatiga & fiamme ingombra
Retorna ilfier Dauid & colla fromba
foco sagette fiamme almundo mina
Minerua ancor dellhaste ilferro affina
& par uscita auder duna tomba
La regia di Ioue ogni hor risona
son sbauttiti idei timendo forte
& con minaccie lalto cielo intona
Chi grida sangue & chi guerra & chi morte
Cerbero incatenato ancer bellona
rompeno insieme letartaree porte

Herculi son possente inuicto & iusto
che renouato qua sono alpresente
con lhydra combattendo gran serpente
qual septe capi porta in un sol busto
Vn Veneto un Gallico uno Agusto
con glialtri tucti di barbara gente
gli quai ueleni non temo niente
come elmio nome e forte e robusto
Chalcun dilor ardendo mursicarmi
con questa claua mia forte & sicura
ben uistamente potro difensarmi

Con qual ho dato a un gia pena dura
come tu elſegno alpecto poi mirarmi
uiacor chor de uedermi hai ſi cura
ſimil atal ſciagura
Ver me ardendo condurro atal doglie
glialtri de lor reportando pur ſpoglie.

O cerretani de ſepenti fugite
& partiui da Roma con furore
perche uno grande barone uoi uedete
eſſere inſuto con uno baſtone fore
ſe pure coſtui uoi non cognoſcete
ſapiate che e Paſquino gran ciarmatore
per loquale laſua fama forte ſpande
dalloriente:alloccean:ſi grande.

Paſquin aſſai me miro che te celato
or tu non audi uergognia telfafare
chi te imparo in queſte forme mutare
hor mo ſe uediam da ognũ ſei dileggiato
Hor dime la caſcion chi tel fa fare
hor aqueſto anno te habiamo excuſato
ſappi chel uulgo hormai ne e ſatiato
e del tu uiſo chai non ti mutare
Hercule non reſpondi & che hai facto
hai naſcoſto Paſquin ſotto le charte
non piaceria a Ioue un ſimil facto
Perche non hai portato in queſte parte
teco hyla o quanto grege o quanto grege

perche exercita ognun hormai tal arte

Non Hercol non anzi Marco mi appello
le teste del serpente iui ligati
la claua e lor con qual lho castigati
che sempre Italia albarbar die flagello
Se manca Emilio Scipio anchor Metello
Pyrrho & Annibal sono ancor passati
& si son septe li confederati
septanta septe pari habiamo aquello
Le luce chlygo & di Minerua el scudo
la pelle Leonina & questa claua
faral serpente delle teste ignudo
Lenta uindita uien dal ciel piu braua
sel Senato Roman no ui fu crudo
hor fia chi doghi dritto el torto caua

Pasquillo e diuentato ciarmatore
& tene auanti la hydra & li serpenti
& puro aspecta desciaquarsi denti
non dacqua ma di uin di buon sapore
Ma non e inteso elzenno elsuo gridore
unde si sdegnia con gliocchi feruenti
perche pedanti huomini imprudenti
li danno charte aguisa di Cursore
Altri si marauiglia dello errore
che non porta lapelle dellione
ma dellupo ceruier uersi colore
Altri disputa sopra delbastone

& perche se tramuta in uarie forme
nel di che passa la processione
non sai messer coglione
Che chi porta arme coraza o cortel lo
lo prende el Senatore el Barisello.

Venite tutti hormai uo Iouenetti
uenite tutti senza alcun timore
uenite gia uenite tucti fore
che draghi hydri & serpi son disertti
Venite tucti dunq; sparsi o strecti
uenite tucti dunq; de bon core
a fare alo forte Alcide gran honore
hoc est Pasquillo che stende ancho pecti
Pasquillo forma lherculea ha gia pigliata
per guardar sempre ciascun dalciaraulo
che omne iuuentu hauea inciarmata
Cessera dunq; larte de san Paulo
qual Pasquil tucta Roma ha securata
ma non locomera il turzo del caulo
quantunq; lofficio del Saulo
Cessa hogi non cessera crai adsera
men quel dellapi col caczare de cera.

Sel Veneto Senato alquanto passo
sdegno di fortuna non e ancor spento
come altri se credea che in un momento
fusse dogni poter dilecto casso
Non e pero ancor si stanco & lasso

ne di sue forze tanto macilento
che lira quando ua piu apasso lento
magior ruina da magior fracasso
Hercul uinse dellhydra maior parte
& Dianira spense lasua gloria
cusi exalta & bassa el tempo Marte
Se una fiata el Gallo hebe uictoria
come el gomenza spero in qualche arte
restera preso un di per gran memoria.

El seruir a discretione
porge ame pena & tormento
guai assai & gran lamento
perche e falsa opinione
Cho seruito mesi & anni
io non trouo mia mercede
trouo ben di molti affanni
el patrone senza fede
per intender fato crede
falla multo tal rasone
el seruir a discretione
Quello seruo gia inuecchiato
adseruir quel suo signore
spera puro esser pagato
in uecchieza del sudore
riman nudo o che dolore
per promettere alpatrone
elseruir adiscretione
Prouo in me che dicto manca.

perche ho li ropti panni
æ disfarli el patron stanca
sicche quello adir singanna
chi ben serue assai dimanna
o che pessima inuentione
el seruir a discretione
Sel bon seruo non prouede
nanzi al tempo a sua uechieza
al bisogno sene aduede
ma non senza gran tristeza
mira pur che gentileza
che cemanda in distructione
el seruir a discretione
Vego ben che un bon trouato
el seruir con tal usanza
se per caso sia malato
dice oime non ho che manza
or mancata e la speranza
male habia chi fu casione
del seruir a discretione.

O che bel barbagianni o be gufone
ti uegio fatto maestro Pasquille
che hai intorno piu di mille & mille
uarii uccellaccii di piu conditione
Il gufo piglia lucelli col panione
e tu li pigli con tante postille
quale hai intorno a uedelle e udille
corre ognun qua & tu sodo al machione ·

Chi te bezicha o morde & chi la coda
tilifcia & uuol dite far uno fpecchio
doue lafama fua fi ueda & oda
Et tu porti a ciafcuno di pari lorecchie
come perfona ftabil graue & foda
& fai come de fare elfauio uecchio
ripieno non di capecchio
Ma di doctrina & di grande eloquenza
& che fialuero ecco la experienza
tu mai hai differenza
Con neffuno che ti parli & pur afcolti
con grauita come fauii li ftolti
& pero cefon molti
Che ti chiamano per arbitro allodare
la lite che non poffono accordare.

Hercol potente che con tal furore
molti crudi animali almondo hai tolti
ecene fono reftati ancor pur molti
equali non metteno freno allor ardore
Chi de fignoregiare & chi damore
e fano proprio come fan liftolti
e quali effendo tutti infieme acolti
di cofa alcuna par habbin timore
Ma fe tu lidifgiungi facilmente
cognofcer puoi qual fia la lor pazia
cofi fa oggi di tutta la gente
E cercha ognuno trouar qualche refia
& metter gran difcordia nalla mente

di qualche principato o signoria
o di la uoce mia
Perche non uien tu colla tua possanza
accacciar acostor tanta arroganza.

Che fai:che lei:tu archipedante:
che guardi fio son forse quelchero anno
non uedi tu che dio te dia elmalanno
che son Tyrinthio:hor fatti pur auante
E teco chiama quel protopedante
qual dianzi parlaua infra si stesso
& credo si curciasse con un uerso
nollo intendendo:& li si fea brauante
Ma dio uiuoglio admonir da fratelli
se mascoltate:hor gitene nel fiume
aimparar apesci:o pazarelli
Perche qua in Roma questo letterume
apena si cognosce tanto e poco
come lucciola quando e inanti allume
& si un po di salsume
Volerete portar per beuer meglio
albazan manderete el mio famiglio
con dinar dico:e sueglio
Vestre memorie:piu grosse o menchioni
che non e laqua delli Macheroni
Amen:parcatis.

Impressum Rome per magistrum
Iacobū Mazochiū. Anno. M.d.x.

